

homo adulescens sī habet unam amicam, tū ūxores duas?
nil pudere! quo ore illum obiurgabi? responde mihi.

DE. faciet ut voles. *NA.* immo ut meām iam scias sententiam,

55 neque ego ignosco neque promitto quicquam neque respondeo

priu' quam gnatum video: ei(u)s iudicio permitto omnia: 1045
quod īs iubebit faciam. *PH.* mulier sapiens es, Nausistrata.

NA. sati' tibi(n) est? *PH.* immo vero pulchre discedo et probe

et praeter spem. *NA.* tu tuōm nomen dic quid est. *PH.* mihīn? Phormio:

60 vostraē familiae hercle amicus et tuō summu' Phaedriae.

NA. Phormio, at ego ecastor posthac tibi quod potero, quae 1050
voles

faciamque et dicam. *PH.* benigne dici'. *NA.* pol meritumst tuom.

PH. vin primum hodie facere quod ego gaudeam, Nausistrata,

et quod tuō viro oculi doleant? *NA.* cupio. *PH.* me ad cenam voca.

65 *NA.* pol vero voco. *DE.* ēamus intro hinc. *NA.* fiat.
sed ubist Phaedria

iudex noster? *PH.* iām hīc faxo aderit. *CANTOR.* vos 1055
valete et plaudite!